

## **Cartulaire manceau de Marmoutier, Tome Second, Vivoin, Nr. 8**

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod Radulfus de Vesot concessit Deo et beato Martino monachisque Majoris monasterii quicquid Guillelmus de Vallegooth de fevo illius dederat nobis, habuitque ex caritate sancti X solidos et uxor sua Havis XII nummos, et Gaufredus filius ejus sex nummos, et filia ejus Dometa undecim, et Robertus filius undecim et Guiterus alius filius XI. Hujus rei testes sunt Johannes prior Vivonii, Fulco presbyter, Robertus, Guitermus sacerdos de Mulceio, Guerinus de Sancto Paulo.